

Famaque cum vollet ciscum plaudentibus alij
Gessat & sacræ limina adisse domus
Quid cessas, Syncere, fores referare, Deamque
Excipere, & docto continuisse sinu?
Illa tibi referet, quanto expectata triumpho
Carmina, & ingenii sint monumenta tui.
Surgere igitur, vivensque pice cape præmia curæ:
Post cineres sera est gloria, serus honos.

*Ex I. M. Testani Peple Italia Epigramma de-
scriptum. Ad Iacobum Sannazarium.*

Plurima molitus præclara, per omnia summum,
Quod dare vel poterant singula, nomen habet.
Martis opus dignum testatur sanguine equestri,
Exilio in Regem est certa probata fides.
Sic illum piscator amat, sic æta remugit,
Ut pectoris custos, silvaque Virgilium.
Iam sacra quid vatium pepererunt pectora Christo,
Virginis quod se partibus æquiparet?
Sed nova Mœnalias quod ducit ad antra Camœnas,
Et calami Tuscos edidicere modos,
Hoc proprium, Syncere, tuum est: hoc trala tellus,
Ante Siracusi carmina vatis, amat.
Tu belli, tu pacis honos: tibi denique lingua
Et renovata vetus debet, & aucta recens.

CLEMENT. VII. PONT. MAX.

ACTUS SYNCERUS.

Magne Parens, Custosque hominum, cui jus datur uni
Claudere cœlestes, & referare fores:
Occurrent si qua in nostris malè firma libellis,
Deleat errores æqua litura meos.
Imperlis, venerande, tuis submittimus illos:
Nam sine te recta non licet ire via.
Ipse manu, sacrisque potens Podalyrius herbis
Vlçera Pæonia nostra levabis ope.
Quippe mihi toto nullus, te præter, in orbe
Triste salutifera leniet arte malum.
Ejus honos, summamo se Præsido posse tueri:
Ratior à summo Præsido posse legi.